



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Friburgensium in eum Caritas & Veneratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

fectam Euangelici operarij formam ex institutis nostris exequitur; se ipse nobis nec sentiēs exp̄sum reliquit. Deplorabat interim successum Caluinianæ pestis omnibus circa locis: nec solum inductos in fraudem simplices, sed ipsos etiam corruptores, ac circūscriptores miserabatur. Et quoniam inter omnes eminebat Antonij Sadeēlis astuta procacia, quem electum sane Organum Satanae vocat, pro eo nominatim cupiebat à Societate preces fieri, quod eam siue sciens ille, siue nesciens petulantissime incesseret.

1585. Annum iam quintum agebat Friburgi Evangelistæ operi, & aliis intentus de more animarum remediis, cum Provincialis Georgius Baderuseo profectus tentare coepit, si quo auocare communem Patrem posset, vbi plus aliquanto opportunitatis ad studiorum solatia, & aliquid etiam debitum ætati, virtutique laxamentum suppeteret. Quod simul atq; suboluit Friburgensibus, pene precibus armatis ne id fieret, vrserunt. Omnia vna ratio fuit, Senatum, ac Populum Friburgensem, nihiloq; minus Ecclesiasticos grauissimè offenditum iri, quod omnes & propter sanctitatis estimationem, & nominis celebritatem secūdum Deum

*Friburgensium  
in eum Carta-  
rum, & Vene-  
ratio.*

Deum tutissimum Reipublicæ præsidium, & ornamen-  
tum in eo constitutum haberent. Adeò  
vt & coram Catholicis, & corā Hæreticis de eius  
præsentia aperte gloriarentur. Absttit ergo Pro-  
uincialis incœpto, mandauitq; vt magna valetu-  
dinis eius cura haberetur. Sed bonus Pater, in-  
quit, sibi nimis durus est, nec facile acquiescit in  
eiusmodi rebus ob nescio quos scrupulos. Scru-  
puli (quantum coniecturam aperit tenor vitæ  
totius) erāt nec ubi communis seueritatis expers  
haberetur: neu quid priuatim indulgeretur sibi.  
Vt n. humana proclivitas coercenda in multis  
est, ne vltra desideria naturæ excedat, ita erat in  
Canisio stimulanda virtus, ne citra necessitatem  
plus æquo consisteret. Mansit igitur in eadem sta-  
tione viuido semper animo, & laborum auido, &  
inexplebili. quamuis grauior in dies cum ætate  
fieret valetudo: nec absttit ab ordinario dicendi  
munere ante annum seculi eius octogesimum  
octauum, cum iam vox, viresq; defecissent.

Sed & stylum tum maximè hortatu Patrum  
ad leuioris operæ lucubrations resumpsit, præ-  
sertim vt limaret, ederetq; tot annis habitas tan-  
to cum pietatis incremento conciones. Maluit

x ille

*Austerus ni-  
mum sibi.*